

Plautus, *Pseudolus* 133-234: Latin Text

- UU -- - -- UU|UU - UU - UU--
 exite, agite exite, ignavi, male habiti et male conciliati, an8
 -- - - - - - - - - UU - - - - - UU--
 quorum numquam quicquam quoiquam venit in mentem ut recte faciant,
 UU UU - - - - - UU - - - - -
 135 quibus, nisi ad hoc exemplum experior, non potest usura usurpari.
 UU UU UU UU - UU UU - - - - - UU - - - - -
 neque ego homines magis asinos numquam vidi, ita plagis costae callent:
 - - UU UU - UU UU - UU UU - - - UU - -
 quos quom ferias, tibi plus noceas; eo enim ingenio hi sunt flagitribae,
 - UU - - - UU - - - UU UU -
 qui haec habent consilia: ubi data occasiost, rape clepe tene tr7
 - UU UU - - -
 harpaga bibe es fuge: hoc est tr4
 - - UU - - UU UU UU - - - - -
 140 eorum officium, ut mavelis lupos apud oveis quam hos domi tr7
 - UU - - -
 linquere custodes. colreiz
 - UU - - - UU - - - UU UU - UU - - -
 at faciem quum aspicias eorum, hau mali videntur: opera fallunt. tr8
 - UU - - - UU - - - UU UU - - - UU -
 nunc adeo hanc edictionem nisi animum advortetis omnes, tr8
 UU - - - UU - - - UU UU - - - UU -
 nisi somnum socordiamque ex pectore oculisque exmovetis,
 UU UU - UU UU - - UU - - - UU - UU -
 145 ita ego vestra latera loris faciam ut valide varia sint, tr7
 - - UU - UU UU| - - - UU - - - UU
 ut ne peristromata quidem aequae picta sint Campanica ia8
 UU UU - - - UU - - - UU - - - UU
 neque Alexandrina beluata tonsilia tappetia.
 - UU - - - UU - - - UU - - - UU - - - UU
 atque heri iam edixeram omnibus dederamque eas provincias,
 - UU - - - UU - - - x - x - UU - - - UU
 verum ita vos estis praediti †neglegentes† ingenio improbi,
 - UU - - - UU - - - UU - - - UU
 150 officium vestrum ut vos malo cogatis commonerier;
 - UU UU UU| - UU - - - UU - - - UU -
 nempe ita animati estis vos: vincitis duritia hoc atque me.
 - - - UU - - - UU - - - UU - - - UU - - - UU
 hoc sis vide, ut alias res agunt! hoc agite, hoc animum advortite.
 - UU - - - UU UU - - - UU UU UU| UU -
 huc adhibete auris quae ego loquor, plagigera genera hominum. ia7
 - UU UU - - - UU - - - UU - - - UU -
 numquam edepol vestrum durius tergum erit quam terginum hoc meum. ia8
 - - - UU - - - UU - - - UU - - - UU
 155 quid nunc? doletne? em sic datur, si quis erum servus spernit. ia7

- - - - -
 adsistite omnes contra me et quae loquar advortite animum.
 - - - - -
 tu qui urnam habes aquamingere, face plenum ahenum sit coco; ia8
 - - - - -
 te cum securi, caudicali praeficio provinciae.
 - - - - -
 SERVVS. at haec retunsa est. BA. sine siet; itidem vos plagis omnes: ia7
 - - - - -
 160 numqui minus ea gratia tamen omnium opera utor?
 - - - - -
 tibi hoc praecipio ut niteant aedes; habes quod facias: propera, abi intro. tr8
 - - - - -
 tu esto lectisterniator. tu argentum eluito, idem exstruito.
 - - - - -
 haec, quum ego a foro revortar, facite ut offendam parata,
 - - - - -
 vorsa sparsa, tersa strata, lautaque unctaue omnia uti sint. (143-64)
- - - - -
 165 nam mi hodie natalis dies est, decet eum omnis vos concelebrare. an8
 - - - - -
 pernam callum glandium sumen facito in aqua iaceant: satin audis?
 - - - - -
 magnifice volo me summos viros accipere ut mi rem esse reantur.
 - - - - -
 intro ite atque haec cito celerate ne mora quae sit cocus cum veniat;
 - - - - -
 ego eo in macellum ut piscium quicquid ibi est pretio praestinem. ia8
 - - - - -
- 170 i, puere, prae; ne quisquam pertundat cruminam cautio est.
 - - - - -
 vel opperire, est quod domi dicere paene fui oblitus. ia7
 - - - - -
 auditin? vobis, mulieres, hanc habeo edictionem.
 - - - - -
 vos quae in munditiis mollitiis deliciisque aetatulam agitis, tr8
 - - - - -
 viris cum summis, inclutae amicae, nunc ego scibo atque hodie experiar, an8
 - - - - -
- 175 quae capiti, quae ventri operam det, quae suae rei, quae somno studeat,
 - - - - -
 quam libertam fore mi credam et quam venalem hodie experiar.
 - - - - -
 facite hodie ut mi munera multa huc ab amatoribus conveniant.
 - - - - -
 nam nisi mi penus annuus hodie convenit, cras poplo prostituam vos.
 - - - - -
 natalem scitis mi esse diem hunc: ubi isti sunt quibus vos oculi estis,

- 180 quibus vitae, quibus deliciae estis, quibus savia, mamma, mellillae?
 manipulatim mi munerigeruli facite ante aedis iam hic adsint. an7
- 185 nunc adeo hoc factu est optimum ut nomine quemque appellem suo, ia8
 ne dictum esse actutum sibi quaequam vostrarum mi neget:
 advortite animum cunctae. ia4^
- 190 fac sis sit delatum huc mihi frumentum, hunc annum quod satis, ia8
 mi et familiae omni sit meae, atque adeo ut frumento afluam,
 ut civitas nomen mihi commutet meque ut praedicet
 lenone ex Ballione regem Iasonem. ia6
- 194 CA. audin, furcifer quae loquitur? trsys6
- 194a satin magnificus tibi videtur?
- 195 PS. pol iste, atque etiam malificus.
- 195a sed tace atque hanc rem gere. tr4^
- BA. Aeschrodora, tu quae amicos tibi habes lenonum aemulos tr7
 lanios, qui, item ut nos iurando, iure malo male quaerunt rem, audi: tr8
 nisi carnaria tria gravida tegoribus onere uberi hodie
 mihi erunt, cras te quasi Dircam olim, ut memorant, duo gnati Iovis tr7
- 200 devinxere ad taurum, item ego te dstringam ad carnarium; id
 tibi profecto taurus fiet. CA. nimis sermone huius ira incendor. tr8
 PS. huncine hic hominem pati tr4^

	colere iuventutem Atticam?	
	ubi sunt, ubi latent quibus aetas	trsys8
	integra est, qui amant a lenone?	
	quin conveniunt? quin una omnes	
	peste hac populum hunc liberant?	
205	sed vah!	extrametric
	nimum stultus, nimum fui	ia4
	indoctus: illine audeant	
	id facere quibus ut serviant	
	suus amor cogit? ¹ CA. vah tace. PS. quid est?	
	CA. male morigeru's mi, cum sermoni huius obsonas.	ia6
	PS. taceo. CA. at taceas malo multo quam tacere dicas. BA. tu autem,	tr8
210	Xystilis, fac ut animum advortas, quous amatores olivi	
	dynamini domi habent maxumam:	tr4^
	si mi non iam huc culleis	
	oleum deportatum erit,	
	te ipsam culleo ego cras faciam ut deportere—in pergulam;	tr7
215	ibi tibi adeo lectus dabitur ubi tu hau somnum capias, sed ubi	tr8
	usque ad languorem—tenes	tr4^
	quo se haec tendant quae loquor. ²	
225	tu autem, quae pro capite argentum mi iam iamque semper numeras,	tr8
	ea pacisci modo scis, sed quod pacta es non scis solvere,	tr7
	Phoenicium, tibi ego haec loquor, deliciae summatum virum:	ia8

¹ Questa 1995: 328 follows Ritschl in deleting the manuscripts' "simul prohibet faciant adversum eos quod nolunt."

² Verses 218-224 are a later interpolation.

	<p> nisi hodie mi ex fundis tuorum amicorum omne huc penus adfertur, cras Phoenicium poeniceo corio invisēs pergulam. </p>	<p>tr8</p> <p>tr7</p>
230	<p> CA. Pseudole, non audis quae hic loquitur? PS. audio, ere, equidem atque animum advorto. </p>	<p>an8</p>
	<p> CA. quid mi es auctor, huic ut mittam, ne amicam meam prostituat? </p>	<p>an7</p>
	<p> PS. nil curassis, liquido es animo: ego pro me et pro te curabo. </p>	<p>an8</p>
	<p> iam diu ego huic bene et hic mi volumus, et amicitia est antiqua: mittam hodie huic suo die natali malam rem magnam et maturam. </p>	<p>an7</p>